

Rörabo sub anno Domini m<sup>o</sup>c<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup> quinquagesimo secundo die beati Johannis ante portam latinam meo sub sigillo.

Sigillet (fyrstyckad sköld): ..... NCII ..... NÆS'.

Brefvet är med sigillremsan fåst vid ett bref & pergament af 1352 sept. 17.

4811.

1352 Maj 6.

Bjärsvik.

Johannes Öjarsson försäljer till Lars Dansson en half och en åttondedels attung i Dvärväst.

Registr. Eccl. Linc., fol. 212.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Öjarsson salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes me viro prouido et discreto Laurencio Dansson bona mea, videlicet dimidium attongum cum octaua parte vnius attungi terre in Dwarstadhum sita, infra sepes uel extra uel prope positis(!), pro triginta marcis denariorum monete nunc currentis veraciter dimisisse, mihi meisque heredibus alienans, sibi suisque heredibus approprians iure perpetuo possidenda. In cuius rei euidentiam firmiores sigilla virorum discretorum, videlicet domini Johannis Puka, curati in Skedhom, Danielis Knutzson et domini Hemmingi, vicarii in Nyakiil, vna cum meo presentibus sunt appensa. Scriptum in Bergsuiik anno Domini mcccl secundo die sancti Johannis ante portam latinam.

Hufvudrubrik: Anniuersaria.

4812.

1352 Maj 7.

Tofta.

Karl Ulfsson (Sparre) gifver morgongåfva åt sin hustru Ingrid Eriksdotter.

Orig. på perg. i Bergshammars arkiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Karolus Vlfsson salutem in omnium Saluatorem. Cum prout moris est, sponsa a sponso merito habeat honorari, ne erroris mater, obliuio, materiam generet litigandi vel lapsu temporis fiant dubia, que sunt presentibus luce clarius manifesta, tenore presencium tam posteris quam modernis pateat euidenter me consorti mee dilecte Ingredi Eriksdottir racione dotis seu donationis propter nupcias curiam meam villicalem Strandby necnon cetera bona mea in Stafby et Grimsøe parochie Bondæarnøe cum omnibus eorum attinenciis, videlicet agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis, coloniis, molendinis et molendinorum locis ceterisque suis adiacenciis nullo penitus excepto, quocumque nomine censeatur, per presentes fauorabiliter contulisse condicionibus, que sequuntur, non omissis, quod superstiti nostrum alio, cum Deus voluerit, decedente, si liberos inter nos non procreari Deus permiserit, soluzione qualibet postposita predicta bona cum premissis suis attinenciis cedant irreuocabiliter possidenda, liberis autem nostris, si quos Deus inter nos procreari voluerit, bona pretacta cum adiacenciis suis, vt premititur, titulo matrimonii et non patrimonii adaptentur perpetue possidenda quocumque adinuencionis ingenio contra premissa minime valituro. Premissorum